

c Ad Paulinum.

LVI. Hieronymus in primo prologo Bibliæ... Quantam ex vita merito quis Ecclesiam edificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat.

Sancta quippe iustitia solum sibi prodest: & quantum edificat ex vita merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.

Corr. Rom. a Bibliæ. In peritque vetustis Gratiani codicibus legitur, Bibliotheca.

LVII. Item Gregorius I. [an. 590. Romæ.]

Subditi Vitia Prelatorum reprehendere studeant.

Admonendi sunt Subditi, ne plus quam expedit, sint subiecti: ne cum student plus quam necesse est, hominibus subditi, compellantur vitia eorum venerari.

Corr. Rom. a Bibliæ. Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorii, tertia parte Pastoralis, admonitione decima octava, ubi de elatis & humilibus loquitur.

LVIII. Item Idem generali Synodo præfatus dixit, c. 2. [an. 595. ibid.]

Clerici, sive electi Monachi sint Cubicularii Episcopi.

Um Pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque Clerici, qualis in secreto sit vita sui Pontificis, nesciunt, quam, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re præfatus Decreto constituto, ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi ministerio cubicali Pontificis, vel etiam ex Clericis electi ministerio cubicali Pontificis, obsequantur, ut is, qui in loco regiminis est, tales testes, qui vitam ejus in secreta conversatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectus fumant.

LIX. Idem Virgilio Episcopo Arelateni, lib. 9. Epist. 49. [an. 601. Romæ in Galliam.]

Pravos in sua societate Episcopus habere non debet.

Ervenit ad nos Fratrem, & Coepiscopum nostrum Serenum Massiliensem pravos homines omnino in societate sua recipere; ita denique, ut Presbyterum quemdam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod a vobis subtiliter requirendum est: & si ita confiterit, curæ vobis sit nostra hoc vice corrigere, ut & qui talem recipit, non familiaritate fovere, sed dicat potius ultione comprimere: & qui receptus est, idem discat cum lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditatis maculare.

LX. Item Paschalis Papa. [fortè c. an. 1100. Romæ.]

Viros boni testimonii semper Episcopi secum habeant.

Episcopi lectioni, & orationi vacent, & semper secum Presbyteros, & Diaconos, aut alios boni testimonii Clericos habeant, ut secundum Apostolum, & sanctorum Patrum instituta possint irreprehensibiles inveniri.

Gratian.

Item Joannes Baptista, cum duceret eremiticam vitam, Scribas, & Phariseos, Sacerdotes, & Levitas Judæorum ad se venientes aspera increpatione redarguit. Item ex Canonibus definitur [illi Sacerdotes accusare possunt, qui ad eundem gradum confedere valent.] Cum ergo Monachi ad Sacerdotii gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quod & ipsi, Sacerdotes liberè accusare possunt.

ACCUSATIO AN DEBEAT FIERI IN SCRIPTIS.

QUÆSTIO VIII.

Gratian.

De accusatione verò, qualiter fieri valeat, in Canonibus aperte decernitur. Ait enim

I. CALIXTUS Papa I. ad Episcopos Galliarum, Epist. 2. [an. 222. Romæ in Galliam.]

Accusatio semper fiat in scriptis.

Accusatorum personæ numquam recipiantur sine scripto: nec absente eo, quem accusare voluerint, quibuslibet accusare permittatur.

Corr. Rom. In Epistola Calixti, itémque apud Burchardum, & Ivonem sic habetur: Rimande sunt encleatim personæ Accusatorum, quæ sine scripto difficiè, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propria voce, & presente eo, quem accusare voluerit, cuiuscumque accusatori credatur. Quorum verborum bona pars refertur infra III. q. 9. c. absente. 1. quod sumptum est ex hoc eodem Epistolæ loco.

II. Cod. lib. 4. titulo de probationibus, leg. fur. [c. an. 384.]

De eodem.

Sciunt cuncti Accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatam, & luce clarioribus expedita.

Lib. 4. Reg. c. 88. Et post lib. 12. c. 134. Polyc. l. 4. tit. 5.

habet tales, qui vitam.

Tim. 3.

Gratian.

Luc. 3.

Sup. ead.

Sacerdotibus.

Et Stephanus, Epist. 2.

III. q. 9.

Burch. l. 1.

c. 174.

Ivo, p. 5.

c. 289.

c. al. quif.

quam Accu-

lator creda-

tur.

II. Cod. lib. 4. titulo de probationibus, leg. fur. [c. an. 384.]

De eodem.

Sciunt cuncti Accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatam, & luce clarioribus expedita.

III. Item Eutychianus Papa Episcopus Siciliæ, Epist. 2. [an. 283. Romæ in Siciliam.]

Accusatio semper debet fieri in scriptis.

Quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen Rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem, & (habita tamen Dignitatis æstimatione) patiat; nec impunitam fore sibi noverit licentiam mentendi, cum calumniarum ad vindictam poscat similitudo supplicii. Et infra. §. 1. Qui verò ad fortilegos, magisque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

Corr. Rom. a Custodiæ similitudinem. In originali impressio est, custodiæ similitudinem, habita tamen Dignitatis æstimatione potiat; nec fortè sibi noverit, &c. itémque apud Hadrianum, nisi quod habet, nec sibi fortè noverit, itémque apud Ivonem, & in aliquot vetustis Gratiani codicibus, in quorum uno est, habita tamen Dignitatis. In Pannormia autem legitur: custodiæ similitudinem supplicii, habita tamen Dignitatis æstimatione. Nec fortè sibi noverit, &c. In Codice est eadem lectio, quæ hic retenta est.

PITH. Quisquis. l. 19. C. Tb. de Accus.

IV. Item Sixtus III. in Epist. ad Episcopos Orientales, c. 4. [fortè an. 440. Romæ in Orientem.]

De eodem.

Qui crimen obijcit, scribat se probaturum. Revera sibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod obijcit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur.

Corr. Rom. a Reverè. Addita est hæc clausula ex originali, quæ est etiam apud Fabianum infra III. q. 6. c. 1. PITH. Qui crimen. l. 11. C. Tb. de Accus.

SED contra videtur scribere, dicens

V. STEPHANUS Papa I. Epist. 2. c. 4. [an. 255. ad omnes Episcopos.]

De eodem.

Per scripta nullus accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna Accusatoris persona fuerit) præfate videlicet eo, quem accusare desiderat; quia nullus absens, aut accusari potest, aut accusare.

PITH. Per scripta. l. 15. C. Tb. de Accus.

SED Calixtus Papa præcipit, ut Accusator præfate eo, quem acculat, in scriptis iudicium accusationem offerat, & propria voce literas suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per Epistolam accusare audeat.

Quæ verò sit forma accusationis, & quis modus concipiendorum Libellorum, Paulus in Digestis, libro de publicis iudiciis, titulo de accusationibus, & inscriptionibus, lege 3. ostendit, dicens: §. 2. Libellorum inscriptionis conceptio talis est. Confil. & dies. Apud illum Prætozem, vel Proconulem Lucius Titius profectus est. Mæviam lege Julia de adulteriis, ream sibi deferre, quod dicat eam cum Canio Seio in civitate illa, domo illius, mente illo, Confiliis illis, adulterium commisisse. Unique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua admittitur dicitur, & mensis. Hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum cavetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem Reum deserunt. Neque autem diem, neque horam invitum comprehendit. Quod si Libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, Rei nomen aboletur, & ex integro repetendi Reum potestas fiet. §. 3. Item subscribere debet is, qui dat Libellum, se profectum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed est aliud crimen obijcere, veluti quod domum suam præbit, ut suprum materfamilias patetur, quod adulterum deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperto supro accepit, & si quid simile; idipsum Libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliæ quæ causa eum impederit, quominus accusare possit, & si quid simile est, nomen Rei aboletur, postulant Reo, idque & lege Julia de vi, & Senatusconsultis cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere Reum; sed intra quod tempus, videbimus. Et utique triginta dies utiles observandi sunt.

CAUSA III.

Quidam Episcopus à propria Sede dejectus est, petit restitui: post restitutionem ducit in causam, inducias postulat, tandem ad ejus accusationem procedit quidam non legitime conjunctus, & duo infames, & tres religiosi; accusatores testes de domo sua producunt, & alios sibi inimicos extra suam provinciam; Reus criminolo iudicio offertur ab uno tantum audiendus, & iudicandus. Quidam de Accusatoribus & testibus absentes per Epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula ei obijcerentur, in primo Accusatores deficiunt: deum accusatio in Accusatorem vertitur.

Cod. de accusationibus l. 9. tit. 2. leg. ult. Cod. Theod. l. 9. tit. 1. c. 18. In Cap. Hadriani, c. 6. Polyc. l. 5. tit. 1. Ivo, p. 6. c. 332. Pann. l. 4. c. 76. al. eximiatione. In Cap. Hadriani, c. 67. Infr. III. q. 5. c. constituitur. Ivo, p. 6. c. 333.

Fabianus Epist. 3. infra. III. q. 6. c. 1. Supra II. q. 2. c. 3. & 6. Burch. l. 16. c. 3. ex Concilio Aravisco. Pann. l. 3. c. 75.

Gratian.

Polyc. l. 5. tit. 1. Burch. l. 1. c. 177. Ansel. l. 3. c. 55. Ivo, p. 5. c. 293. & 7. c. 328. Pann. l. 4. c. 53. & 55.

Gratian.

2. Pars. c. 1. In omni- c. 1. In omni- c. 1. In omni-

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

I. Hic primum queritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.

II. Secundo de induciis, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedenda sint.

III. Tertiò, quo spatio mensium utrique sint concedenda.

IV. Quartò, an infames, & non legitime conjuncti, ad accusationem sint admittendi.

V. Quintò, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.

VI. Sextò, an extra provinciam Reus sit producendus.

VII. Septimò, an sit audienda ejus sententia, quem cum Reo par inficit malitia.

VIII. Octavo, an ab uno tantum Episcopo sit audiendus, vel iudicandus.

IX. Nonò, an accusatores, vel testes in absentem, voce accusationis, vel testificationis exhibere valeant.

X. Decimò, an deficientes in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia.

XI. Undecimò, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.

QUÆSTIO I.

AN RESTITUTIO DANDA SIT QUIBUSLIBET

EXPOLIATIS.

Gratian.

Quòd restitutio quibuslibet danda sit, multis autoritatibus probatur. Ait enim

I. CALIXTUS Papa, Epist. xxiij. ad Felicem Episcopum, cap. 3. [an. 296. Romæ.]

Expoliatis, vel ejectis omnia sunt redintegrandæ.

Mutatis verbis, sed inco-

lumi sententia.

Ansel. l. 3.

c. 46.

II. Item FABIANUS Epist. 2. Episcopis Orientalibus. [c. an. 240. Romæ in Orientem.]

De eodem.

Ansel. l. 3.

c. 50.

Episcopi si à propriis sedibus, aut Ecclesiis sine autoritate Romani Pontificis expulsi fuerint; antè quam ad Synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegrandæ sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuscumque detinentur, ut aliquid illis obijci debeat. Nec quicumque potest eis quoquo modo quilibet Majorum, vel Minorum obijcere, dum Ecclesiis, rebus, aut potestatibus caret suis.

Corr. Rom. a Sine autoritate Romani Pontificis. Sunt hæc verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali: cujus hic sententia potius, quam ipsamet verba referuntur utque ad verum. Nulla.

Gratian.

SED notandum est, quòd restitutionis sententia sola non sufficit, nisi præfentialiter ordinatio Pontificum, & in eo locò, ubi expoliati sunt, aut captivitate, aut dolo, aut violentia Majorum, aut per captivitate in iustas causas, res Ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad Synodum vocationem eorum, & reliqua.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

III. Unde JOANNES I. urbis Romæ Episcopus scribit Zacharie Archiepiscopo Epist. 1. [an. 523. Romæ.]

De eodem.

Redintegrandæ sunt omnia expoliatis, vel ejectis Episcopis præfentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco, unde abesse fuerint funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia Majorum, aut per captivitate in iustas causas, res Ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad Synodum vocationem eorum, & reliqua.

Corr. Rom. a In eo loco. Apud Joannem, & Symmachum legitur, & in eorum unde abesserunt, potestatem, funditus revocanda. Apud Eusebium verò, in eorum unde abesserunt, loca funditus revocanda.

Ante accusationem. Hæc utique ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio aboluitur, & quorum pars in fine hujus Quæstionis à Gratiano repetitur.

PITH. Quacumque. l. pen. D. de Interd. l. itaque, in fine, D. de Dolo.

IV. Item EUSEBIUS 2. Apostolicæ Sedis Episcopus, Epist. 2. ad Ægyptios. [an. 307. vel 312. Romæ in Ægyptum.]

De eodem.

Redintegrandæ sunt omnia expoliatis, vel ejectis Episcopis, &c. usque, funditus revocanda, eodem modo, ut supra.

PITH. 2. Eusebium. Add. V. C. Episcopis per Alexandriam & Ægyptum.

V. Item ALEXANDER Papa I. Epist. 2. in princ. [an. 116. Romæ ad omnes Episcopos.]

Non est Sacerdos, sed Schismaticus, qui Fratrum se subtrahit obsequiis.

Nulli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliter, sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit, querens quem devoret; sic Diabolus non cessat circumire, & querere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentes in servitio Salvatoris, eique familiares invenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. Et infra. Qui autem ex vestro Collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis Schismaticus, quam Sacerdos esse probabitur. Ecce (inquit Propheta) quam hominum, & quam iucundum habitare fratres in unum. Illi verò in unum non habitant, qui à Fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod detestatur est) Fratres invidiosè præparant, aut laqueos ponunt. Et in fine Epistolæ tertie. Dominum cruciungunt, qui cum in Sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum verò cruciatum fulmet qui vim patitur.

Supra I. q. 1. Epist. Sa- c. 129. Ivo, p. 5. c. 229. Psal. 132.

VI. Item FABIANUS Papa Epist. 2. ad Episcopos Orientales. [c. an. 420. Romæ in Orientem.]

Excommunicantur, qui opprobrium, & calumniam inferunt Sacerdotibus.

Deus ergo, Fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes, qui summo Sacerdotio funguntur, ut iniustitias removeatis, & præsumptiones abscindatis, & in Sacerdotio laborantibus succurratis, opprobriis, & calumniis eorum locum non præbeatis; sed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum verò, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis Sacerdotibus opem feratis.

PATET ergo, quòd expoliati prius sunt præfentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijciunt, ubi non fuit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim probatur destitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc non restitutionem postulare potest. Illi ergo, quorum electio violata est, vel qui à Clero non sunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per simulationem irrepererunt, non sunt habendi inter Episcopos; & ideo, si à sedibus, quas tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Unde supra in tractatu Ordinandum.

Si quis pecuniâ, vel gratiâ humanâ, seu populari, vel militari tumultu, &c. Sed hoc in eo tantum casu intelligitur, quo Apostolica Sedes per violentiam occupatur: quo casu Judex non invenitur, cujus officio ille Apostolicus possit excludi. In aliis autem locum non habet, cum violenta possessio, nisi per iudicis sententiam, violento detentor detrahi non possit. Si autem verus Dominus bello non continuato, sed renovato vi illum de possessione eiecerit, iudicis autoritate prædanti possessionem restituit. Si ergo Episcopi à sedibus, quas quoquomodo tenere videbantur, non per iudicem, sed violenter eieci fuerint, post ejectionem restituendi sunt ante regularem ad Synodum vocationem.

QUÆSTIO II.

AN INDUCIÆ POST RESTITUTIONEM TANTUM, AN ETIAM POST VOCATIONEM AD CAUSAM QUIBUSLIBET CONCEDENDÆ SINT.

DE induciis autem post restitutionem præstandis, & quo spatio temporis concedendæ sint, scribit dicens

I. JOANNES Papa I. Epist. 1. ad Zachariam Archiepiscopum. [an. 523. Romæ.]

Secundum tempus expoliationis concedatur induciæ restitutionis.

Quanto tempore expoliati, vel expulsi esse videbuntur, antequam ad Synodum convocentur, sub eodem spatio temporis eis induciæ indulgeantur.

II. Item PLAGIUS Papa II. Episcopus Italianus. [an. 582. Romæ in Italianum.]

Dum possessiones, vel res Episcopi detinentur, aliquid sibi obijci non potest.

Cum Ecclesiæ alicujus Episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis ejus, vel à quibuscumque aliis non ita sponte detinentur, aliquid illi non debet aut potest à quoquam ante redintegrationem omnium rerum suarum obijci. Sed prius illi Legibus redintegrandæ sunt omnia, & postea tempore à Patribus definitò, sunt negotia ventilanda.

Ansel. l. 3. c. 63.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.

Gratian.